

tribuntur per hanc ad sacrorum cultum et religionem  
 populi. Summam dicam quod res est: facit in Senatu  
 Eloquentia ad salutaria consilia perfoadenda, ad  
 impedienda et retundenda ea, quae patriae nocent.  
 Porro audite, quid Eloquentia valeat in Castris:  
 est, haec omnino illa castrorum gubernatrix, quae  
 ante praelium, et in ipso praelio inflatis plenis  
 tibijs exercitum in aera partem, flectit, et vel  
 temeritate pugnae cupiditate milites nimis auda-  
 ces abducit, vel segnes ac timidos ad certamen incitat.  
 Est, haec quae turres altissimas et in jugis montium  
 arietans perforatione complanat: est, haec  
 quae arces natura munitissimas suis rationibus  
 aperit et coartat: est, haec quae aggeribus  
 et vallibus circumseptis castra, voce sua ad deditionem  
 cogit. Atque haec oia citis nonnunquam efficit et facit,  
 quam ullius impulsus arietis vel impetus formen-  
 tis, vel ictus machinae, vel vis continuata bombardarum  
 negationibus denig, si Senatus populique mandata sunt  
 impedienda, si habenda de rebus arduis sunt Concio,  
 si causa publica sunt proponenda, si pericula  
 patriae ob oculos exteris sunt ponenda, plurimum  
 valet Eloquentia. Facit, facit haec ad digni-  
 tatem Principum et Reipubl. a quibus mittuntur  
 legati, tuendam, facit ad legationis scopum obtinendum.  
 Solo plura, sed pedem hinc potius figo, quod unum  
 oportet, vos, vos, juvenes, quippe quorum propriis  
 rationibus de Eloquentia dignitate et utilitate diste-  
 rui hactenus, in hoc calce hortor moneo, ut meam hanc  
 rationem non in aures tantum vestras, sed in aures  
 descendere faciatis, cumque vos ad omnem laudis curam  
 natura genuerit, ratio formarit, voluntas et  
 studium accenderit, ne patiamini has tantas dotes  
 negligenter laque deformati. Expendite quavis  
 modo, quid valeat Eloquentia, quem praebet usum.  
 et si quae vos cupis unquam obvia atque aeterni  
 vos cupiditas, si studium virtutis et honoris vos  
 amet, si clarissimorum virorum exempla  
 doctrinae vos premia alicuius, si honores, si purpurae  
 si trabes animos vexant indefesse studio secta  
 Eloquentiam. Delectent interim, alios vulgum  
 et obsoleta, vos v. reconditum hoc musarum sa-  
 rum delectet, teneant alios humilia, vos v. hoc  
 sublime Deorum donum teneant: occupentur alij rebus  
 viliibus et abjectis, vos v. re hac ardua occupemini:  
 terreat alios rei difficultas, vos v. acuat, vos  
 stimulet, frangat alios labor, vos v. reficiat,  
 abilitaret, oblectet. Nolite quicquam vos ab  
 Eloquentiae studio vocari, in cuius quidem cornu  
 ratione, dum non tam copia, quam modus dicendi  
 me quaeritur, sermonem clauso et iubeo, ut  
 praeceant tandem Declamatorum cum Personati, tum  
 Personati, alter post alterum Eloquentiae